Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

destum parate suum ut non expauesceret.
dicens ei. Forti animo esto. nec time
ab gladium diaboli. ecce modo appropinquat
corona mea. Erant autem turbe innumera
biles expectancium quadraginta milia
virorum. excepti paruulis et mulieribus quorum
numerus est infinitus. Tunc imperator
diocletianus sancto uito dixit. Vide ubi te
vides. Ille autem eleuans oculos suos a
spiciebat in celum. Iterum dixit. Ubi te ui
des? Sanctus uitus dixit. Video me iam
phiteatro esse. si quod facturus es fac celeriter.
Tunc diocletianus imperator dixit. Consule
anime tue. et sacrifica diis magnis. Sanctus
uitus dixit. Nunquam tibi bene sit dia
bole lupe rapax. deceptor animarum in
nocencium. Miror frontem tuam imperator.
Nam si canem dicit exi foras. erubescit
et exit. et tu non erubescis. Nam ego xpm
habeo cui deseruio. Tunc furore repletus
diocletianus. iussit ministros suos cly
banum parare. et plumbum et resinam
et picem solui in eo. Et fecerunt ministri
sicut dixerat eis. Imperator dixit. Ecce nunc
uidebo si deus eorum potest eos eripere
de manibus meis. Sanctus uitus signa
culo facto. iactatus est in medio olle. Fer
uebat autem olla sicut mare. Angelus
autem domini extinxit feruorem olle. et stans
beatus uitus in medio ymnum dicebat
Qui liberasti filios israel de terra egipti.
et de manu seruitutis per moysen et aa
ron seruos tuos. fac nobiscum misericordiam
propter nomen tuum. Et respiciens sanctus
uitus dixit. Quid est diocletiane.
ubi sunt mine tue. Gratias ago tibi quia
fecisti nobis lauacrum. utinam et si bo
na prepar ares. Et uniuersus populus clama
bat dicens. Nos tanta mirabilia nun
quam uidimus. uere quia magnus est deus
huius infantis. Et exiuit de olla sanus.
nullam maculam habens in corpore suo.
Fulgebat autem caro eius sicut nix. et dixit.
Ecce imperator. iam erubesce cum patre
tuo diabolo. Imperator autem repletus ira.
iussit leonem ingentem ei dimitti. cuius
rugitum nullus hominum tolerare po
terat. Cui imperator dixit. Nunquid et huic
magice tue preualescunt? Sanctus infans
dixit. Insipiens et stulte. xpc mecum est
cum angelis suis. qui me liberauit de
manibus tuis. At ubi dimissus est
leo. sanctus uitus cruce facta. erupauit furo
rem leonis. Currensque leo ante pedes
eius cecidit. et lingua sua extergebat su
dorem de facie eius. Respondens autem
sanctus imperatori dixit. Ecce imperator ani
malia ista honorem reddunt domino. et tu non
agnoscis. nam si uelles agnoscere et cre
dere xpm. saluus esses. Imperator dixit.
Tu credis et genus tuum. Sanctus uitus
subridens dixit. Bene dixisti imperator.
Omne ergo genus meum perpetuam coro
nam desiderat. et in paradiso est constitu
tum. Multi autem uidentes. crediderunt
in illa hora quasi mille homines. Im
perator dixit ei. Vide que sunt artes tue.
ut igni et feris imperes. Sanctus uitus
dixit. Iste fere reddunt honorem domino et
non michi. quia agnoscunt creatorem suum.
Tunc imperator iussit ministris suis
preparari catastas. et extensi sunt serui dei
athlete. beatus uitus una cum sancto mode
sto et crescencia pro patissa sua. Dixit
autem sanctus uitus. Imperator. erubesce et
quiesce. Aut que est tibi causa cum
muliere. Torquebantur autem simul in
catasta. Tunc sanctus uitus diocletiano im
peratori dixit. Imple carnifex. que tibi
est causa cum muliere. Imperator ira re-